

vestramur et anxij aliquid aut innovent, aut antiquis nos
 impetant machinationibus contra Jura et Libertates Nostros
 semper apud se odio habitas, nunc presentim sub tristi
 Intenebri tempore seminandis inter Cives discordijs obnoxys,
 facilius circumueniendas, et si opprimi et violari nequeant,
 saltem vellicandas et ledendas. In eiusmodi dolendis ac
 periculosis rerum Circumstantijs Reipblica Nra Orphana im-
 plorat gratioram ac Potentem S^e R^e Christi. Vre Protectio-
 nem, eamq; implorat Nationi semper amica Federate et con-
 stanter pro interesse Francie Gronae zelo zelari sollicita. Co-
 pitaneus Leopoliens^{is} Nepos meus exiltens Acta Parisijs destina-
 tus est ex Consilio et unanimi Omnium Utriusq; Gentis Senatibus
 assensu ad honorem presentandi has Liberas S^e R^e Christi
 Maiestati Vre recommendo cum instantissime Gratia et
 Bonitati Regiae una cum Tota Domo mea idem ac unanime
 mecum Votum profitente.

Ad Serenissimum Regem Angliae.

Quia vitam Principum, sub Quorum miti ac benigne Re-
 gimine contigit esse nobis carissimam ac pretiosissimam cu-
 peremus, si humanitas id dari possit, votis nostris extende-
 re usq; ad Confinia immortalitatis. Itanc Serenissimo Regi
 Augusto II. die 1. Febr. velut ab obsidianibus felicitati
 et tranquillitati Nrae fati ademptam vidimus attoniti, et
 quod n^o opinati fuimus, eo magis consternati extitimus,
 ad triste nimis mortalium exuviarum Spectaculum. Publi-
 cus Luctus decoloravit singulos subitanea rerum Catastropha
 conturbavit uniuersos noua et pallida Interregni Facie, ma-
 rorem simul cum timore confudit, desunt pares voces do-
 loribus iacturae proportionati gemitus, adeo pro Nobis illud
 effatum hic apposite seruit: Curae paruae loquuntur, in-
 gentes Stupent, plus mutis affectibus, tacitisq; suspirijs, q^{uam}
 verbis laboris est. Plangit Orphanum Regnum amissum
 Regem tantisq; virtutibus praeditum, quod si vixisset,
 longissime desiderium Sui in Nobis nullo fastidio mi-
 nuisset. Irae Reipca luget cadentem de Capite suo Co-
 ronam, ad quam illi reimponendum donec digittus Altis-
 simi indiget Successorem throni dignissimum liberis
 Gentis hujus Suffragijs eligendum. Interea maestissima nec
 ignora quam multum intorsit in presenti Orbitate sua ex-
 ternis adiuuari bonis officijs ac beneuolentijs, eandem
 a Serenissima Matre Vra in virtute antiquissimorum Regnum